

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Iulianu Autokratoros Ta Sōzomena, Kai Tu En Agiois Kyrillu Archiepiskopu Alexandreias Pros Ta Tu En Atheois Iulianu Logoi Deka

Julian <Römisches Reich, Kaiser>

Lipsiae, Anno MDCXCVI.

Oratio VI.

---


**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1694](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1694)

δῆσα, ζωογόνε Θεά, καὶ μήτις, καὶ πρῶ-  
 νοία, καὶ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν δημιου-  
 γέ· ὦ τὴν μέγαν Διόνυσον ἀγαπῶσα,  
 καὶ τὸν Ἄττιν ἐκλεθέντα περιωσαμέ-  
 νη, καὶ πάλιν αὐτὸν εἰς τὸ γῆς ἄντρον κα-  
 ταδύμενον ἐπανάγουσα· ὦ πάντων  
 μὲν ἀγαθῶν τοῖς νοεροῖς ἡγεμένη θε-  
 οῖς, πάντων δὲ ἀποπληρῆσά τ' αἰδη-  
 τὸν κόσμον, πάντα δὲ ἡμῶν ἐν πᾶσιν ἀ-  
 γαθὰ χαρισαμένη. δίδε πᾶσι μὲν ἀν-  
 θρώποις εὐδαιμονίαν, ἧς τὸ κεφάλαιον  
 ἢ τῶν θεῶν γνῶσις ἐστὶ· κοινῇ δὲ τῶν Ῥω-  
 μαίων δήμῳ, μάλιστα μὲν ἀπορίψασθαι  
 τὴν ἀθεότητος τὴν κηλίδα· πρὸς δὲ καὶ τὴν  
 τύχην εὐμενῆ συνδιακυβερώσαν αὐτῶν  
 τὰ τ' ἀρχῆς πολλὰς χιλιάδας ἐτῶν· Ἐ-  
 μοὶ δὲ μαρπὸν γενέσθαι τὴν περὶ σε θερα-  
 πείας, ἀλήθειαν ἐν τοῖς περὶ θεῶν δόγ-  
 μασιν· ἐν θεουργίᾳ τελειότηλα· πάντων  
 προσερχόμεθα περὶ τὰς ἔργων, οἷς πο-  
 λιτικὰς καὶ στρατιωτικὰς τάξεις ἀρετὴν μετ'  
 τὴν ἀγαθῆς τύχης, καὶ τὸ βίβρα πέρασ ἀ-  
 λυπόντες, καὶ εὐδόκιμον μετ' ἀγαθῆς ἐλ-  
 πίδος τῆς ἐπὶ τῇ παρ' ὑμᾶς πορείᾳ.

derivans, Diva genialis, consilium, & provi-  
 dentia, nostrarum procreatrix animarum! o  
 magni illius amore capta Bacchi! quæ &  
 Attin expositum servasti; & eundem rur-  
 sus, cum in speluncam terræ delapsus esset,  
 eduxisti! ô quæ Diis intelligibilibus præis ad  
 omnia bonorum genera, & subjectum hunc  
 sensibus mundum bonis itidem impleo  
 omnibus: nobis denique omnia in omnibus  
 bona largiris! da felicitatem mortalibus u-  
 niversis, cujus caput est Deorum cognitio:  
 publice præsertim Romano populo conce-  
 de, ut illam impietatis ac Deorum contem-  
 tus maculam abstergat: tum prosperam be-  
 nevolamque fortunam, quæ cum eo mul-  
 tis annorum millibus moderetur imperi-  
 um. Mihi vero præcipuus hic a te mei in  
 te fructus obsequii contingat; in omnibus de  
 Diis decretis ac dogmatibus veritas; in sa-  
 cris administrandis perfectio; in actionibus  
 omnibus, quibus fungimur, tam circa civi-  
 les quam militares administrationes, cum  
 secunda fortuna virtus; vita denique dolo-  
 ris expers, & illustris exitus, cum bona meæ  
 hinc ad vos perfectionis fiducia conjun-  
 ctus.



ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ  
 ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ  
 ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΠΑΙΔΕΥΤΟΥΣ ΚΥΝΑΣ.  
 JULIANI IMP.  
 ADVERSUS IMPERITOS CANES,  
 HOC EST, CYNICOS.

ΛΟΓΟΣ 5.

ORATIO VI.

Ευπαρίσιος 14, 68  
 ed. Bonn.

**Α**ΝΩ ποταμῶν, τῆτο δὴ  
 τὸ τῆς παροιμίας. ἀνὴρ  
 Κυνικός Διογένη Φησὶ κε-  
 νόδοξον καὶ ψυχρολου-  
 τεῖν εἰ βούλεται, σφόδρα ἐρρωμένος  
 τὸ σῶμα, καὶ σφριγῶν, καὶ τὴν ἡλικίαν ἀ-

**I**N fontes retro flumina: vetus  
 ut proverbium usurpem. Ho-  
 mo ecce Cynicus Diogenem  
 vanitatis accusat: & frigida la-  
 vari renuit; cum alioqui valido corpore sit  
 ac bene habito, & in ætatis flore constitu-  
 tus;

tus; ne quid mali patiatür: præsertim cum A  
sol ad æstivum solstitium accedat: quinet-  
iam polypodis esum irridet: Diogenem ve-  
ro vecordiae arrogantiaeque suæ dedisse pœ-  
nas affirmat; qui cibo isto, perinde ac cicuta  
haustu, sit extinctus. Usque adeo vero  
in studio sapientiæ progressus est, ut illud  
compertum habeat, malum esse mortem.  
Atqui nescire se istud sapiens ille Socrates  
existimabat, & post Socratem Diogenes.  
Hic enim ægrotanti ac desperato propemodum  
Antistheni pugionem his verbis obtulit: si quid  
amici opera indiges. Adeo B  
mortem ille neque formidinis, neque doloris  
habere quicquam putabat. Nos autem, ad quos  
baculus inde pervenit, præ exquisitiore sapientia  
non dubitamus, quin mors aspera sit & molesta;  
ægrotatio vero morte ipsa sit molestior; algere  
denique ægrotatione difficilius. Nam qui morbo  
laborat, nonnunquam molliuscule curatur,  
ita ut in meras delicias ægrotatio ipsa vertatur;  
præsertim si sit locuples ægrotus. Equidem  
memini me certos homines videre, qui se in  
morbis ipsis delicatius, quam in sanitate, curarent:  
quamvis tñ alioqui splendidissime viverent.  
Quamobrem dixi aliquando sodalibus quibusdam  
meis, satius illis videri servis esse, quam dominis;  
& ut lilio nudiores summa in egestate viverent,  
quam iis opibus abundarent. Illud enim si  
contingeret, una eos ægrotandi ac deliciis  
utendi finem esse facturos. Ad eum itaque  
modum factum ac delicias in morbo præ se  
ferre, plerique honestum sibi ac speciosum  
putant. At ille, qui algorem caloremque  
sustinet, nonne majori, quam qui ægrotat,  
in calamitate vivit? Certe quidem intolerabili  
dolore cruciatur.

Age vero nos quæ de Cynicis a præceptoribus  
didicimus, in medium consideranda proponamus  
iis, qui ad illud se vivendi genus applicare  
student. Quibus si quidem persuadere  
possumus, nihilo, mea quidem sententia,  
deteriores erunt qui Cyni-

κμάζων· ὡς ἂν μή τι κακὸν λάβῃ. καὶ  
τὰ ὅσα θεῶν ἑστῶν θερμῶν τροπαῖς ἤδη  
προσιόντι. ἀλλὰ καὶ τὴν ἐδωδὴν τῆ  
πολύποδος κωμωδεῖ καὶ φησι τὸν Διο-  
γενεῖ τὴν ἀνοίας καὶ κενοδοξίας ἐκτελική-  
ναι δίκας, ὡς περὶ ὑπὸ κωνεία, τῆς τρο-  
φῆς διαφθαρέντα. Οὕτω πόρρω που  
σοφίας ἐλαύνει· ὥστε ἐπίσταται σαφῶς  
ὅτι κακὸν ὁ θάνατος. τὸτο δὲ ἀγνοεῖν  
ὑπελάμβανεν ὁ σοφὸς Σωκράτης, ἀλλὰ  
καὶ μετ' ἐκείνου Διογενεῖς. ἀρρωστῶν-  
τι γοῦν, φησὶν, Ἀντιθένης μακρὰν καὶ δυσ-  
ανάληπτον ἀρρώστιαν, ξιφίδιον ἐπέ-  
δωκεν ὁ Διογενεῖς, εἰπὼν; εἰ φίλος χη-  
ρὸς ὑπεργίας· ἔτιως εἴδεν ὡς δεινὸν  
ἐκεῖνον, εἰ δὲ ἀλγεινὸν τὸ θάνατον. Ἀλλ'  
ἡμεῖς οἱ τὸ σκῆπτρον ἐκείθεν παραλα-  
βόντες, ὑπὸ μείζονος σοφίας ἴσμεν ὅτι  
χαλεπὸν ὁ θάνατος. καὶ τὸ νοσεῖν δει-  
νότερον αὐτῷ φησὶ τῆς θανάτου. τὸ ρι-  
γοῦν δὲ χαλεπώτερον τῆς νοσεῖν. ὁμῶς  
γὰρ νοσῶν, μαλακῶς ἔσθ' ὅτε θερα-  
πεύεται, ὥστε εἰς γένεσθαι λυφὴν αὐ-  
τόχημα τὴν ἀρρώστιαν ἄλλως τε καὶ  
ἢ πλούσιος. ἐθεασάμην τοι καὶ αὐτὸς,  
νὴ Δία, τρυφῶντάς τινας ἐν ταῖς νόσοις  
μᾶλλον, ἢ τούτους αὐτὸς ὑγιαίνουσας.  
καὶ τοι γε ἡ τότε λαμπρῶς ἐτρυφῶν.  
Ὅθεν μοι καὶ παρέστη πρὸς τινας τῶν ἐ-  
ταίρων εἰπεῖν· ὡς τούτοις ἀμεινον ἦν οἰ-  
κείας γενέσθαι μᾶλλον, ἢ δεσπότας·  
καὶ πένεσθαι τῆς κείνου γυμνολέροισ ἔ-  
σσω, ἢ πλεῖν, ὡς περὶ νῦν. ἢ γὰρ ἂν ἐ-  
παύσαντο νοσοῦντες ἅπαντα καὶ τρυφῶν-  
τες. τὸ μὲν δὴ νοσοῦντες, καὶ νοση-  
λεύεσθαι τρυφῆλῶς οὕτωςί τινας  
ἐν καλῶ ποιούσιν. Ἄνθρωπος δὲ τῆς κρύ-  
ας ἀνεχόμενος, καὶ θάλπει καρτε-  
ρῶν, ἔχει καὶ τῶν νοσούντων ἀθλιώτερον  
πράττει; ἀλγεῖ γὰρ ἀπαραμύθητα.

Δεῦρο οὖν ἡμεῖς ὑπὲρ τῶν Κυνικῶν,  
ὅποσα διδασκάλων ἠέξασαμεν, ἐν κοι-  
νῶ καταθῶμεν σιοπεῖν τοῖς ἐπὶ τὸν βί-  
ον ἴσσι τῆτον. οἷς εἰ μὲν πείθην εὐ οἶδα,  
αὐτῶν οἱ γε νῦν ἐπιχρηστέες κινύζων ἐ-  
σονται

Ἡλίου

σουλαι χείρους· ἀπειθοῦντες δὲ, εἰ μὲν  
 οὐκ ἔστι λαμπρὸν καὶ σεμνὸν ἐπιηδύσει-  
 αν, ὑπερφωνοῦντες τὸν λόγον τὸν ἡ-  
 μέτερον, οὐκ ἐπιτοῖς ῥήμασιν, ἀλλὰ τοῖς  
 ἔργοις· εἴτεν ἐμπόδιον ὃ γε ἡμέτερος  
 οἴσει λόγῳ. Εἰ δὲ ὑπὸ λιχνείας, ἢ  
 μαλακίας· ἢ, τὸ κεφάλαιον ἢ εἶπω  
 ξυνηλῶν ἐν βραχεῖ, τῆς σωματικῆς ἡδ-  
 νῆς δεδουλωμένοι, τῶν λόγων ὀλιγω-  
 ρήσιν, προκαταγελάσαντες ὥσπερ  
 ἐνόσπε τῶν παιδευθῆντων, καὶ τῶν δικα-  
 σιῶν οἱ κύνες τοῖς προπυλαίοις προσ-  
 κρούσιν· ἢ Φρονίτις Ἰππωκλείδῃ καὶ ἄ-  
 ῥα δὲ τῶν κυνιδίων ἡμῶν μέλη τὰ τοιαῦ-  
 τα πλημμελῶντων. Δεῦρο ἐν ἄνωθεν  
 ἐν κεφαλαίοις διεξέλθωμεν ἐφεξῆς τὸ  
 λόγον· ἵνα ὑπὲρ ἑκάστου τὸ προσῆκον  
 ἀποδιδόντες ἀλλοῖ τε εὐκολώτερον ἀ-  
 περγασώμεθα τῶν ὅπερ διενόηθη-  
 μεν καὶ σοι ποιήσωμεν εὐπαρακολέθη-  
 τον. Οὐκ ἐνέπειδὴ τὸ Κυνισμὸν εἶδος τι  
 φιλοσοφίας εἶναι συμῆξεν, ἔτι  
 φαυλότατον, καὶ ἀτιμότερον, ἀλλὰ τοῖς  
 κρατίστοις ἐνάμιλλον· ὀλίγα πρότερον  
 ὑπὲρ αὐτῆς ῥήσειον ἡμῶν ἐστὶ τῆς φιλοσο-  
 φίας.

Ἡ τῶν θεῶν εἰς ἀνθρώπους δόσις ἄ-  
 μα φανώτατα περὶ δια Προμηθέως ἐξ  
 Ἡλίου καὶ Ἐρμῆ μερίδος, ἔχ' ἑτερόν  
 ἐστὶ παρὰ τὴν τῶν λόγων καὶ τῆς διανομῆς.  
 Ὅ γὰρ τοι Προμηθεύς, ἢ πάντα ἐπι-  
 τροπέυσσα τὰ θνητὰ πρόνοια, πνεῦ-  
 μα ἔνθερμον, ὥσπερ ὄργανον, ὑπο-  
 βάλλουσα τῇ φύσει, ἀπασιν μετέδω-  
 κεν ἀσωμάτου λόγου. Μετέσχε δὲ  
 ἑκάστον οὐκ ἠδύνατο· τὰ μὲν ἀψυχα  
 σώματα τῆς ἐξέως μόνον· τὰ φυτὰ  
 δὲ ἤδη, καὶ σώματα· τὰ ζῶα δὲ, ψυ-  
 χῆς· ὁ δὲ ἀνθρώπος, καὶ λογικῆς ψυχῆς.  
 Εἰσὶ μὲν ἐν οἰμίαν οἶοντα διὰ τούτων  
 πάντων ἡκεῖν φύσιν. Εἰσὶ δὲ οἱ καὶ  
 κατ' εἶδος τὰύτας διαφέρειν. Ἀλλὰ  
 μήπω ἔστο. Μᾶλλον δὲ μηδὲ ἐν τῷ νῦν  
 λόγῳ τοῦτο ἐξεταζέσθω, πλην ἐ-

A cum institutum affectant. Sin monenti re-  
 pugnent, atque interim egregium quiddam  
 ac magnificum usurpent; adeo ut oratio-  
 nem nostram non verbis, sed rebus ipsis  
 factisque superent; nihil hæc illis obstabit  
 oratio. Sin est autem ut præ liguriendi cupi-  
 piditate ac mollicie; aut, ut uno verbo sum-  
 matimque complectar, corporis voluptati-  
 bus irretiti sermones istos contemnant ac  
 ludibrio habeant: quemadmodum ad scho-  
 larum vel judicialium basilicarum fores me-  
 jere canes assolent: nihil, ut est in proverbio,  
 ista curat Hippoclidēs, uti neque catulos,  
 dum ista committunt, magnopere curamus.  
 Quocirca repetito altius orationis initio,  
 eam certa in capita dividamus: ut cum uni-  
 cuique quod est consentaneum tribuerimus,  
 minore negotio quod suscepimus perficere,  
 tibi vero ad intelligendum facilius efficere  
 possimus. Quoniam igitur Cynicorum pro-  
 fessio philosophiæ quædam est secta; nec  
 ea quidem vilissima omnium & abjectissi-  
 ma, sed cum præstantissimis quibusque  
 comparanda; pauca prius de universo philo-  
 sophiæ genere dicenda sunt.

Donum illud a Diis immortalibus in hu-  
 manum genus profectum, quod splendi-  
 dissimo cum igne Prometheus a Sole, una  
 cum Mercurii portione transtulit, nihil est  
 aliud, quam rationis mentisque distributio.  
 Etenim Prometheus, hoc est caducarum,  
 ac mortalium rerum moderatrix illa provi-  
 dentia, cum calidum spiritum velut instru-  
 mentum naturæ subjecisset, expertem cor-  
 poris rationem omnibus impertivit. Hujus  
 vero, pro eo ac poterat, unumquodque par-  
 ticeps est factum. Nam inanima corpora  
 solam affectionem usurparunt: stirpes ipsæ  
 præterea corpus: at animalibus anima ces-  
 sit: homo denique ratione præditum ani-  
 mum fortitus est. Ac sunt nonnulli, qui hæc  
 omnia pervadere unam ac singularem natu-  
 ram existimant: alii eadem illa discrepare  
 forma. Sed hæc nondum attingamus. Imo  
 vero hac in oratione eatenus tantum illud  
 inqui-

inquiramus, quatenus philosophiam, sive, A ut quidam arbitrantur, artem artium, & scientiarum scientiam; sive perfectam, quoad licet, cum Diis similitudinem esse censeas: sive istud ipsum, quod Apollo Pythius respondit: *Nosce te ipsum*; nihil ad præsens negotium refert. Hæc enim omnia magnopere invicem consentire videntur. Sed imprimis illud expendamus Apollinis oraculum: *Nosce te ipsum*; quoniam quidem divinum hoc videtur esse præceptum. Igitur qui se ipsum norit, primum animam suam, deinde corpus suum cognoscet. Neque hoc satis habebit discere: hominem esse animam corpore utentem; verum etiam animæ naturam ipsius, tum ejus vires ac facultates indagabit. Sed neque hoc contentus uno, etiam illud quicquid in nobis est anima præstantius ac divinius; quod a nullo edocti divinum nescio quid esse suspicamur omnes, & in cælo, tanquam in domicilio, collocamus; investigare conabitur. Post hæc ulterius progressus corporis principia contemplabitur: compositumne sit, an simplex, tum via & ratione procedens, compagem illius, & concentum, affectionem, vim, ac cætera denique, quibus ad sui conservationem opus habet, inquiret. Quinetiam nonnullarum artium principia scrutabitur, quibus ad tuendum sese corpus utitur: cujusmodi sunt medicina, agricultura & id genus reliquæ. Sed nec otiosas illas ac supervacaneas penitus ignorare volet: quandoquidem ad eam animæ partem, quæ affectionibus obnoxia est, mulcendam ac delinendam nonnulla reperta sunt. Nam assidue in illis esse verebitur; idque turpe esse persuasum habebit, ut quod in istis inest molestum ac difficile declinet. Verum universæ cujusmodi tandem illa sint, & ad quas animæ partes sint accommodata, non nesciet. Vide autem an non breve dictum illud, *Nosce te ipsum*; cum scientiæ omnium artium præeat, tum generales rerum rationes contineat. Nimirum tam divina propter illam, quæ nobis est insita, divinitatis parti-

κείνη χάρις, ὅτι τὴν Φιλοσοφίαν, εἶθ', ὡς περ τινας ὑπολαμβάνουσι, τέχνην τεχνῶν, καὶ ἐπισήμην ἐπισημῶν· εἴτε ὁμοίωσιν θεῶν κατὰ τὸ δυνατόν. Εἶθ' ὅπερ ὁ Πύθιος εἶπε, γινῶθι σαυτὸν, ὑπολάβοι τις, εἴθ' ἐν δίοισι πρὸς τὸ λόγον ἅπαντα γὰρ ταῦτα φαίνεσθαι πρὸς ἀλλήλα, καὶ μάλα οἰκείως ἔχοντα. Ἄρξάμεθα δὲ πρῶτον ἀπὸ τῆς, γινῶθι σαυτὸν· ἐπειδὴ καὶ θεῖόν ἐστι τῆτο τὸ παρακέλευσμα. εἴθ' ὁ γινώσκων ἀυτὸν, εἴσεται μὲν περὶ ψυχῆς· εἴσεται δὲ καὶ περὶ σώματος. Καὶ τῆτο ἴσα ἀρκέσι μόνον, ὡς ἐστὶν ἄνθρωπος ψυχὴ χρωμένη σώματι, μαθεῖν· ἀλλὰ καὶ ἀυτῆς τῆς ψυχῆς ἐπελεύσει τὴν ἐσίαν· ἔπειτα ἀνιχνεύσει τὰς δυνάμεις. Καὶ εἰ δὲ τῆτο μόνον ἀρκέσι αὐτῆς· ἀλλὰ καὶ εἴ τι τῆς ψυχῆς ἐν ἡμῖν ἐστὶ κρεῖττον καὶ θεϊότερον· ὅπερ δὴ πάντες ἀδιδάκτως πειθόμενοι, θεῖόν τι εἶναι νομίζομεν· καὶ τῆτο ἐνιδρυθῆς πάντες ἐρανῶ κοινῶς ὑπολαμβάνομεν. Ἐπιὼν δὲ αὐτῆς τὰς ἀρχὰς τοῦ σώματος σιέψατο, εἴτε σύνθετον, εἴτε ἀπλὸν ἐστὶν, εἴτα ὁδῶ προβαίνων, ὑπέριτε ἀρμονίας αὐτῆς, καὶ πάθους, καὶ δυνάμεως, καὶ πάντων ἀπλῶς ὧν δεῖται πρὸς διαμονήν. Ἐπιβλέψῃ δὲ τὸ μῆτρον καὶ ἀρχαῖς τεχνῶν ἐνίων, ὅφ' ὧν βοηθεῖται πρὸς διαμονήν τὸ σῶμα οἶον ἰατρικῆς, γεωργίας, ἐτέρων τοιῶν εἰ μὴν εἰ δὲ τῶν ἀχρήστων, καὶ περιττῶν τι παντᾶσιν ἀγνοήσῃ. ἐπεὶ καὶ τὰ πρὸς κολακείαν εἰς παθητικῆς τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἐπιπενόηται. προσλιπαρήσαι μὲν γὰρ τῆτοις ἀποικνήσῃ, δίσχρον οἰόμενον τὸ τοιῶτον, τὸ δοκεῖν ἐργῶδες ἐν αὐτοῖς φεύγων. τὸ δ' ὅλον, ὅποια ἅτλα δοκεῖ, καὶ οἷς τισιν ἀρμότῃ τῆς ψυχῆς μέρεσιν, εἰ ἀγνοήσῃ. Σκόπει δὲ εἰ μὴ τὸ εἰσαυτὸν γινῶναι, πάσης μὲν ἐπισήμης, πάσης δὲ τέχνης ἡγεῖται τε ἅμα, καὶ τῆς καθόλου λόγους συνείληθε. Τὰ τε γὰρ θεῖα διὰ τῆς ἐνούσης ἡμῖν θείας

ας μερίδῳ, τὰ τε θνήσκει δια τῆς  
θνητοειδῆς μοίρας. " πρὸς τούτοις ἔ-  
φη, τὰ μεταξύ τοῦ ζῶν εἶναι τὸν  
ἀνθρώπον· τῷ μὲν καθ' ἑκαστον θνήσκον,  
τῷ παντὶ δὲ ἀθάνατον, καὶ μὲν τοι,  
καὶ τὸν ἕνα, καὶ τὸν καθ' ἑκαστον,  
συγκείσθαι ἐκ θνητῆς, καὶ ἀθανάτου  
μερίδῳ.

ρ. 135 "Οτι μὲν τοι καὶ τὸ, πῶς θεῶν κατὰ δύ-  
ναμιν ὁμοιοῦσθαι οὐκ ἄλλο τί ἐστιν, ἢ  
τὸ τὴν ἐφικτὴν ἀνθρώποις γνῶσιν τῶν  
ὄντων περιποιήσασθαι· πρόδηλον ἐν-  
τεῦθεν. Οὐ γὰρ ἐπὶ πλούτῳ χρη-  
μάτων τὸ θεῖον μακαρίζομεν· εἰδὲ ἐπὶ  
ἄλλῳ τινὶ τῶν νομιζομένων ἀγαθῶν  
ἀλλ' ὅπερ Ὀμηρὸς φησι.

Odyss. -- Θεοὶ δὲ τε πάντα ἴσασι.

Δ. υ. 379. καὶ μὲν τοι, καὶ περὶ ἔ Διὸς

IIad. Ἄλλα Ζεὺς πρότερον γεγόνει, καὶ  
N. υ. 355. πλείονα ἢ ἡδὲ.

Ἐπισήμη γὰρ ἡμῶν οἱ θεοὶ διαφέρου-  
σι. ἡγεῖται γὰρ ἴσως καὶ αὐτοῖς τῶν  
καλῶν τὸ ἀβλοῦς γινώσκον. ὅσω δὲ  
κρείττονες ἡμῶν εἰσι τὴν ἐσίαν, τοσά-  
τω γνόβες ἐαυτοῦς ἴσχουσι τῶν βελ-  
τιόνων ἐπισήμην. Μηδεὶς ἐν ἡμῶν τὴν  
φιλοσοφίαν εἰς πολλὰ διαρείτω, μη-  
δὲ εἰς πολλὰ τεμνέτω· μάλλον δὲ μὴ

ρ. 135 πολλὰς ἐκ μιᾶς ποιείτω. ὡς περ γὰρ  
ἀλήθεια μία, οὕτω δὲ καὶ φιλοσοφία.

θαύμαστον δὲ εἰ κατ' ἄλλας καὶ  
ἄλλας ὁδοὺς ἐπ' αὐτὴν πορευόμεθα.  
ἐπεὶ καὶ ἂν τις θέλη τῶν ξένων, ἢ  
ναὶ μὰ Δία, ἢ πάσαις πολιῶν, ἐπαν-  
ελθεῖν εἰς Ἀθήνας, δύναίτο μὲν καὶ  
πλεῖν, καὶ βαδίζειν. ὁδεύων δὲ, οἶμαι,  
διὰ γῆς, ἢ ταῖς πλατείαις χρῆσθαι λε-  
ωφόροις ἢ ταῖς ἀτραποῖς καὶ συντό-  
μοις ὁδοῖς καὶ πλεῖν μὲν τοι δυνατόν  
παρὰ τὰς αἰγιαλοὺς· καὶ δὲ, κατὰ ἢ

Od. 3, 174 Πύλιον γέροντα, τέμνοντα πέλαγος  
μέσον. Μὴ δὲ τῆτό τις ἡμῶν προφερέ-  
τω, εἴ τις τῶν κατ' αὐτὰς ἰόντων τὰς ὁ-  
δὸς ἀπεπλανήθησαν, καὶ ἀλλὰ χεῖρα

A culam; quam mortalia, propter eam, quam  
fortiti sumus, naturam conditionemque  
mortalem. Præter hæc vero mediij cuius-  
dam inter animalia generis est homo: idem-  
que, singillatim si spectetur, mortalis: uni-  
verse autem consideratus, immortalis est:  
imo vero unus, ac singularis quilibet ex  
mortali, & immortalij parte contextus est.

B Jam Dei, quoad licet, similitudinem ex-  
primere nihil aliud esse, quam illam rerum  
omnium cognitionem assequi, ad quam ho-  
minum natura potest pertingere; ex eo per-  
spicue constabit. Etenim neque propter  
divitiarum possessionem beatum prædica-  
mus Deum: neque propter aliud quodvis  
eorum, quæ in bonis vulgo numerantur;  
sed ob illud ipsum, quod Homerus his ver-  
bis expressit:

-- Deiporro omnia norunt.

tum de Jove:  
*Juppiter at senior cunctis, & plura scie-  
bat.*

C Scientia quippe Deorum nobis genus ante-  
cessit. Ac fortassis etiam inter illos primum  
ac præstantissimum bonorum omnium est,  
semetipsos cognoscere. Quare quo natu-  
ra sunt nobis excellentiores, tanto cum se  
ipsos norunt, meliorum rerum scientia per-  
fruantur. Quocirca philosophiam nobis  
plures in partes nemo dividat: vel potius  
plures ex una non faciat. Ut enim veritas  
una est; ita & philosophia. Quanquam ni-  
hil mirum debet videri, si per alias at-

D que alias vias ad illam perveniamus om-  
nes. Nam & si qui peregrinus, aut ve-  
terum utique civium quispiam, Athenas ve-  
lit reverti; potest eo navibus, aut itinere ter-  
restri contendere: ita ut terra progrediens  
publicis utatur viis, aut calles & itinerum  
compendia sectetur; itidemque navigando  
potest oram legere, vel Pylîi senis exemplo,  
per altum mare pervenire. Sed nec illud  
nobis debet obijci, quod nonnulli easdem  
vias secuti, a recto tramite aliquo alio aber-  
rantes

rantes deflexerint: & sic, tanquam a Circe, A aut Lotophagis, hoc est voluptatis, aut gloriae, aut blandimenti alterius illecebris capti, progredi ultra destiterunt, & ad finem pergere. Etenim uniuscujusque sectae principes aspiciat ille, & quam sint omnia consentanea cognosceret.

Quocirca Delphicus Deus, *nosce te ipsum*, praecipit. At Heraclitus: *me ipsum*, inquit, scrutatus sum. Pythagoras vero, & qui deinceps ab illo ad Theophrastum extiterunt, Philosophiam esse definirunt divinam, quoad licet, similitudinem assequi, quod & Aristoteli placuit. Nam quod aliquando nos obtinemus, hoc Deus habet in sese perpetuo. Et vero ridiculum est dicere, Deum nescire semetipsum. Etenim caeterarum rerum, si se ipsum ignoraret, nullam omnino cognosceret. Est enim ipse omnia: siquidem & in se ipso, & apud sese eorum, quae utcunque sunt, omnium causas complectitur: siue immortalium immortales: siue caducarum minime mortales & caducas, sed sempiternas & constantes: quae sunt ipsis generationis perpetuae causae. Verum altior ac sublimior est ista disputatio.

Quod autem una ac singularis sit veritas, unaque Philosophia; cujus omnes illi sunt amatores, quorum paulo ante meminimus; nec non ii, quorum nomen jure hoc loco memorabitur: Citensis Zenonis discipulos intelligo: qui cum civitates animadverterent meram illam nimiamque Canis, hoc est Cynicae sectae, libertatem averfari, quibusdam illam integumentis involucrisque texerunt; nimirum rei domesticae cura, opum comparandarum studio, uxoris contubernio, ac prolis educatione. Quod eo animo fecisse videntur, ut hoc Philosophiae genus proxime ad civitatum custodiam adhiberent. Quod autem hoc in dicto, *Nosce te ipsum*, caput summamque Philosophiae constituerint, non solum ex iis commentariis, quae de ea reprodiderunt, potes, si lubet, intelligere; sed etiam evidentius id ipsum ex philosophiae fine cognosces. Nam consenta-

γενόμενοι, καθάπερ ὑπὸ τῆς Κίρκης, ἢ τῶν Λωτοφάγων ἠδονῆς, ἢ δόξης, ἢ τι-  
νῶν ἄλλων δελεασθέντες, ἀπελείφθη-  
σαν τῶν πρὸς τὴν βαδίξω, καὶ ἐφικνεῖ-  
σθαι τῶν τέλους. πρῶτεύσαντας δὲ ἐν ἐ-  
κάστῃ τῶν ἀρέσεων σκόπεῖται καὶ πᾶν-  
τα εὐρήσει σύμφωνα.

Οὐκ ἔνδον μὲν Δελφοῖς θεός τὸ γνῶ-  
θι σαυτὸν, πρᾶγορεύει. Ἡρακλεῖ δὲ  
δὲ, ἐδίκησά μιν ἐμῶ τόν. ἀλλὰ καὶ Πυ-  
θαγόρας, οἷ τε ἀπ' ἐκεῖνος μέχρι Θεο-  
φράστου, τὸ καὶ δύναμιν ὁμοιοῦσθαι θεῶν  
Φασί, καὶ ὅτι καὶ Ἀριστοτέλης. Ὅτι ἡ-  
μεῖς πόλε, τῶ τὸ θεός αἰεὶ γελοῖον εἶναι  
θεὸν ἑαυτὸν μὴ εἰδέναι κομιδῆ γὰρ ε-  
ὐδὲν εἰσεῖναι τῶν ἄλλων, εἶπερ ἑαυτὸν ἀ-  
γνωσθῆναι πάντα γὰρ αὐτός ἐστιν. εἶπερ καὶ  
ἐν ἑαυτῷ, καὶ παρ' ἑαυτῷ ἔχει τῶν ὁπω-  
σῶν ὄντων τὰς αἰτίας. εἴτε ἀθανάτων  
ἀθανάτους εἴτε ἐπικλήρων, καὶ θνητῶν, καὶ  
ἐπικλήρων αἰδίας δὲ, καὶ μενέσας αἰεὶ, καὶ  
τῶ τῶ εἰσὶν αἰτία τῆς αἰετγενεσίας.  
ἀλλ' οὐτῶ μὲν ὁ λόγος ἐστὶ μείζων.

Ὅτι δὲ μία τέ ἐστι ἀλήθεια, καὶ φι-  
λοσοφία μία. καὶ ταύτης εἰσὶν ἐρα-  
σαι ζύμπαντες, ὧν τε ὑπερνήθηται μι-  
κρῶ πρῶτερον. ὧν τε ἐν δίκη νῦν εἶποι-  
μι ἀν' ἴσνομα. τῶ τῶ Κιλίως ὁμιλητῶν  
λέγω. οἷ τὰς πόλεις ἰδόντες ἀποδι-  
δρασκέσας τὸ λίαν ἀκραφνές, καὶ  
καθαρόν τῆς ἐλευθερίας τῶ κυνός ἐ-  
σκέπασαν αὐτὸν, ὡς περ, οἷμαι, παρα-  
πέλασμάσιν, οἰκονομία, καὶ τῆ χρημά-  
τισιῆ, καὶ τῆ πρὸς τὴν γυναῖκα συνό-  
δω, καὶ παιδοτροφία. ὡ, οἷμαι, τῶ τῶ  
πόλεσιν αὐτὸν ἐγγύθεν ἐπισήσωσι φύ-  
λακα. Ὅτι δὲ τὸ γνῶθι σαυτὸν, κε-  
φάλαιον τίθειναι Φιλοσοφίας, καὶ μό-  
νον ἐξ ὧν κατεβάλλονται συγγραμμά-  
των ὑπὲρ αὐτῶ τούτων, πεισθείς ἀν' εἶ-  
περ ἐθέλοις. ἀλλὰ πολὺ πλεονα ἀ-  
πὸ τῶ τῆς Φιλοσοφίας τέλους. Τὸ  
γὰρ ὁμολογουμένως ζῆν τῆ φύσιν.

τέλῃ ἐποίησαντο. ἔπερ ἔχ οἶόν τε ἄ  
 τυχεῖν ἢ ἀγνοοῦντα τίς καὶ ὁποῖ  
 πέφυκεν ὁ ἄγνων ὅσιν ἐστίν, ἔκείσε-  
 ται δὴ πούθεν ὅ, τι πράττειν ἑαυτῶ  
 προσήκει· ὡς περ ἔδὲ τὸ σίδηρον ἀγνο-  
 ῶν εἰσελαί εἴτε αὐτῷ τέμνειν, εἴτε μὴ,  
 προσήκει καὶ ὅτου δεῖ τῷ σίδηρῳ, πρὸς  
 τὸ δύνασθαι τὸ ἑαυτῷ πράττειν. Ἄλλ' ὅ-  
 τι μὲν ἡ φιλοσοφία μία τὴν ἐστίν, καὶ  
 πάντες, ὡς ἔπ' εἰπεῖν, ἐνός τινος ἐ-  
 φιέμενοι, ὁδοῖς ἐπιτῆτο διαφόροις ἡλ-  
 θον, ἀπόχρη τοσαῦτα νῦν εἰπεῖν. Ὑ-  
 πὲρ δὲ τῷ Κυνισμῷ σκεπτόμενον ἐστίν.

Εἰ μὲν οὖν ἐπεποίητο τοῖς ἀνδράσι  
 μετὰ τινος σπουδῆς, ἀλλὰ μὴ μετὰ  
 παιδιᾶς τὰ συγγράμματα, τούτοις ἐ-  
 χρῆν ἐπόμενον ἐπιχειρεῖν ἕκαστα ὧν  
 διανομέμεθα περὶ τῶν πραγμάτων ἐξε-  
 τάζειν. Τὸ ἐναντίον δὲ εἰ μὲν ἐφαίνε-  
 το τοῖς παλαιοῖς ὁμολογοῦντα, μὴ  
 τοι ψευδομαρτυριῶν ἡμῶν ἐπισκῆπτειν  
 εἰ δὲ μὴ, τότε ἐξορκίζην αὐτὰ τὸ ἀνοῆς  
 ὡς περ Ἀθηναῖοι τὰ ψευδῆ γράμματα  
 τῷ Μητρώου. Ἐπεὶ δὲ ἔθεν ἐστίν,  
 ὡς ἔφην, τοῖσ' αὖτε ἢ τῷ Στυλλῆ-  
 μεναι Διογένους τραγωδία, Φιλίσκος  
 τινὸς Αἰγινήτου λέγοντα εἶναι· καὶ, εἰ  
 Διογένους δὲ εἶεν, ἔθεν ἀτοπὸν ἐστὶ τὸ  
 σοφὸν παίζειν. ἐπεὶ καὶ τῷτο πολλοὶ  
 φαίνονται φιλοσόφων ποιήσαντες. ἐ-  
 γέλατοί φησι καὶ Δημόκριτος ὁ  
 ῶν σπουδάζοντας τῶν ἀνθρώπων. Μὴ  
 δὴ πρὸς τὰς παιδιὰς ἀλλῶν ἀποβλέ-  
 πων, ὡς περ οἱ μανθάνειν τι σπασθῆναι  
 ἡμισα ἐρωήτες, πόλιν παραβάλλοντες  
 εὐδαίμονι πολλῶν μὲν ἱερῶν, πολλῶν  
 θάπορρητων τελειῶν πλήρη, καὶ μυ-  
 ρίων ἔνδον ἱερῶν ἀγνῶν ἐν ἀγνοῖς με-  
 νόντων χωρίοις· αὐτῶν τε ἐνέηκα πολλα-  
 κισ τούτων· λέγω δὲ τῶν καθαρῶν τὰ  
 εἰσω πάντα· τὰ περὶ τὰ, καὶ βδελυ-  
 ρὰ, καὶ φαῦλα τὴν πόλεως ἀπεληλά-  
 κασι· λαβρὰ δημόσια, καὶ χαλαρὰ τυ-  
 πεία, καὶ καπηλεία καὶ πάντα ἀ-  
 πλῶς τὰ τοιαῦτα· εἴτα ἄχρι τούτου  
 γενομένοις, εἰσω ἡμῶν παρισσιν. Ὁ μὲν  
 ἄλλοις τοῖσ' αὖτε ἐνύχων, εἴτα τῷτο οἰ-  
 σῶν

tenee naturæ vivere, finem illi esse dixerunt.  
 Quem quidem nunquam ille conseque-  
 tur, qui quis sit, & cujusmodi sit natus, igno-  
 ret. Quisquis enim qui sit nesciat, ne illud  
 quidem sciet, quid se ipsum facere deceat.  
 Perinde ac qui ferrum ignoret, ignorabit  
 insuper utrum eo ad secandum uti, an secus  
 oporteat: tum quibus rebus ferrum egeat,  
 ut quod suum opus est possit effice-  
 re. Quod igitur una sit Philosophia,  
 quodque omnes, ut uno verbo complectar,  
 ad unum aliquod conspirantes, unumque  
 cupientes, variis itineribus eo contendant,  
 satis hæc in præsentia dicta sint. De Cyni-  
 ca professione consequens est ut agendum  
 videatur.

Ac si quidem sectæ illius homines scri-  
 pta sua serio, non per ludum & jocum e-  
 laborassent, ex illorum nobis autoritate u-  
 numquodque disputandum esset, quod de  
 eo argumento proponendum putarem. E-  
 contrario vero, si quidem veteribus consen-  
 tanea viderentur, nequaquam falsi nobis te-  
 stimonii crimen impingendum esset; sin mi-  
 nus, tum demum ab auribus ea repellere:  
 uti Athenienses falsas e Metroo tabulas eji-  
 ciunt. Sed quoniam nihil, uti dixi, extat  
 ejusmodi. Quæ enim circumferuntur Dio-  
 genis Tragædiæ, Philisci cujusdam Ægi-  
 netæ esse dicuntur. Et quamvis Diogenis  
 ipsius sint, nihil est absurdi ludere sapientem,  
 idque multi Philosophi videntur fecisse. Sane  
 & Democritum risisse ferunt, cum serio a-  
 gentes mortales videret. Ne tu igitur ad il-  
 lorum ludos respiciens, ut qui studio dignum  
 aliquid perdiscere minime curantes splendi-  
 dam ad urbem perveniunt, cum delubris  
 plurimis, tum arcanis sacris, atque innume-  
 ris sacerdotibus refertam, qui in castis locis  
 casti ipsi religiosique habitant, atque hujus  
 ipsius causa, uti nimirum quæ intra pomer-  
 ia sunt pura sint & sancta, superflua, &  
 abominanda, fordidaque omnia sæpius ab  
 urbe summovent, balneas publicas, lupa-  
 naria, popinas, atque id genus alia: tum qui  
 eo accesserint, non ulterius pergunt, neque  
 urbem introeunt. Qui enim in illa incidens,  
 istud ipsum esse urbem existimet; infelix est,  
 si ab



si ab illa fugiat; sed infelicioꝝ adhuc, si in inferiore loco consistat, cum paululum evehliceat, ac Socratem intueri. Utar enim illis ego verbis, quibus Alcibiades, Socratem prædicans. Equidem Cynicam Philosophiæ sectam assero Silenorum esse simillimam, qui in statuariis officinis prostant; quibus artifices fistulas ac tubas attribuunt: quibus apertis, simulacra illa Deorum intus apparent. Quamobrem ne quid nobis contingat ejusmodi; ut in quibus ille lusit, ea pro feriis *ibi tradita reputemus*; (Quamquam est in istis non inutile fortasse quippiam: sed aliud est Cynica ipsa professio, ut paulo post demonstrare conabimur) age opera ipsa contemplantes porro gradiamur; perinde ac venatici canes, qui sagacissime odorantes ferarum vestigia persequuntur.

Principio sectæ illius conditorem ac principem investigare difficile est: etsi nonnullis placet autorem fuisse Antisthenem, aut Diogenem. Verum, quod non inscite dixisse mihi videtur Oenomaus, Cynismus neque Antisthenismus est, neque Diogenismus. Ac generosiores quidam ex illo Canum grege dicitant, magnum illum Herculem, uti cæterorum nobis autorem bonorum fuisse, sic ejus vitæ maximum mortalibus exemplum reliquisse. Ego vero de Diis ipsis, atque iis, qui ad divinam sortem conditionemque translati sunt, religiose loqui cupiens, nonnullos ejusdem ante illum instituti fuisse arbitror, tam apud Græcos ipsos, quam Barbaros. Hoc enim Philosophiæ genus commune, & imprimis naturale videtur, maximeque parabile. Nam id unum requirit, ut quæ bona sunt eligas, amplectenda virtute, fugiendisque vitiis. Ac neque infiniti libri pervolvendi sunt. Eruditio quippe mentem, ut ajunt, docendo conferre non potest: neque aliud ex iis tolerare incommodis, quibus conflictari solent, qui se reliquis sectis addixerint. Verum

θεῖς εἶναι τὴν πόλιν, ἀθλιώτερον μὲν ἀποφυγῶν, ἀθλιώτερον δὲ ἡκίωθαι μέναις ἐξὸν ὑπερβάλλει μικρὸν, ἰδεῖν δὲ Σωκράτην χρῆσομαι γὰρ ἐκείνοις ἐγὼ τοῖς ῥήμασι, οἷς Ἀλκιβιάδης ἐπαίνων Σωκράτην. Φημὶ γὰρ δὴ τὴν Κυνηγὴν Φιλοσοφίαν ὁμοιοτάτην εἶναι τοῖς Σελήνοις τούτοις τοῖς ἐν τοῖς Ἑρμογλυφείοις καθημένους. ἔστι τινὰς ἐργάζονται οἱ δημοῖχοι, σύριγγας ἢ ἀύλους ἔχοντας οἱ δὲ διοικηταὶ ἐνδον φαίνονται ἀγάλατα ἔχοντας θεῶν. ὡς ἂν ἐν μὴ τοῖστον τι πάθωμεν, ὅσα ἐπαῖξε ταῦτα αὐτῶν ἐπαυδακέναι νομισάντες. ἔστι μὲν γάρ τι καὶ ἐν ἐκείνοις ἐκ ἀχρηστοῦ ὁ Κυνηγὸς δὲ ἐστὶν ἕτερον ὡς αὐτὴ μάλα δεῖξαι πειράσομαι. δευροῖωμεν ἐφεξῆς ἀπὸ τῶν ἔργων ὡς περ ἀεζιχνεύσονται κύνες μετὰ θεσπιτὰ θεῖα.

Ἡγεμόνα μὲν δὲ ῥάδιον εὐρεῖν, ἐφ' ὃν ἀνεύγχει χρῆσι πρῶτον αὐτό. εἶμαι δὲ τινες ὑπολαμβάνουσιν Ἀντισθένην τὸτο, καὶ Διογένην προσήκειν τὸτο γὰρ εἰσὶ κεν Οἰνόματι ἔκ ἀτόπως λέγεται. Κυνηγὸς ἔτε Ἀντισθενισμός ἐστι, ἔτε Διογενισμός. Λέγουσι μὲν γὰρ οἱ γενναῖοι τῶν κυνῶν, ὅτι καὶ ὁ μέγας Ἡρακλῆς, ὡς περ ἐν τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἡμῖν τις αἰτία καλέσθαι ἔτω δὲ καὶ τῶν τῶ βίβη παράδειγμα τὸ μέγιστον ἔτι κατέλιπεν ἀνθρώποις. Ἐγὼ δὲ ὑπὲρ τῶν θεῶν, ἢ τῶν εἰς θείαν λῆξιν πορευθέντων εὐφημεῖν ἐθέλων, πείθομαι μὲν ἢ πρὸ τῶν τινῶν ἐκ ἐν Ἑλλήσι μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρβάρους. Αὕτη γὰρ ἡ Φιλοσοφία κοινὴ πως εἴποιεν εἶναι καὶ Φυσικωτάτη, καὶ δεῖσθαι ἐθ' ἢς τινῶν ἐν πρᾶγματείας. ἀλλὰ ἀπόχρημόνον ἐλέσθαι τὰ σπυδαῖα, ἀρετῆς ἐπιθυμία καὶ Φυγὴ κακίας: καὶ ἔτε βίβη ἀνελέξαι δεῖμυρίας πολυμαθία γὰρ, φασὶ, νόον δὲ διδάσκει ἔτε ἀλλοτρίοις τῶν παθεῖν, ὅσα καὶ οἷα πάσχοισιν οἱ διὰ τῶν ἄλλων ἀγρέσεων ἰόντες. Ἀλλὰ ἀ-

*Κυνηγὸς ὀνομασία ἰσχυρῶς ἀπὸ τῆς ἀποφυγῆς καὶ ἀπὸ τῆς ἀποχρημοσύνης, ὡς ἀπὸ τῆς ἀποφυγῆς καὶ ἀπὸ τῆς ἀποχρημοσύνης.*

πόχρη μόνον δύο ταῦτα τῷ Πυθίῳ  
 παραινῶν ἀκῶσαι, τὸ γνῶθι σαυ-  
 τόν, καὶ παραχάραξον τὸ νόμισμα.  
 Πέφηνε γὰρ ἡμῖν ἀρχηγὸς τῆς Φιλοσο-  
 φίας, ὡς περ, οἶμαι, τοῖς Ἑλλησι κα-  
 τήση τῶν καλῶν ἀπάντων αἰτιῶν, ὁ  
 τῆς Ἑλλάδος κοινὸς ἡγεμῶν, καὶ νομο-  
 θέτης, καὶ βασιλεὺς, ὁ ἐν Δελφοῖς θεός.  
 ὃν ἐπειδὴ μὴ θέμις ἦν τι διαλαθεῖν, εἰδὲ  
 ἢ Διογένους ἐπιηδειότης ἔλαθε. πρῶ-  
 τρεψε δὲ αὐτὸν, εἰς ὡς περ τῆς ἄλλης  
 ἐπεισεν ἐνλείων τὴν παραινέσιν, ἀλλ'  
 ἔργῳ διδάσκων ὅ, τι βέλεται συμβο-  
 λικῶς διὰ δυοῖν ὀνομάτων, παραχά-  
 ραξον, εἰπῶν, τὸ νόμισμα. τὸ γὰρ γνῶ-  
 θι σαυτὸν, ἐκ ἐκείνῳ πρῶτον ἀλλὰ καὶ  
 τοῖς ἄλλοις ἔφη, καὶ λέγει. πρόκειται  
 γὰρ, οἶμαι, τῶν τεμένων. Εὐρήκαμεν  
 δὴ τὴν ἀρχηγέτην τῆς Φιλοσοφίας ὡς περ  
 καὶ ὁ δαμόνιος φησὶν Ἰάμβλιχῶς  
 ἀλλὰ καὶ τῆς κορυφαίας ἐν αὐτῇ, Ἀν-  
 ριπ. 199. τισθένη, καὶ Διογένη, καὶ Κρατήν, οἷς τῶν  
 βίβισκοπος ἦν καὶ τέλει, αὐτῶν, οἶμαι,  
 γνῶναι, καὶ τῶν κενῶν ὑπεριδεῖν δόξων  
 ἀληθείας μὲν, ἢ πάντων ἀγαθῶν θεοῖς,  
 πάντων δὲ ἀνθρώπων ἡγεῖται, ὅλη, Φα-  
 σίν, ἐπιπράξαοθαι τῇ διανοίᾳ. ἦς, οἶ-  
 μαι, καὶ Πλάτων, καὶ Πυθαγόρας, καὶ  
 Σωκράτης, οἷτε ἐκ τῶν Περιπάτου, καὶ  
 Ζήνων ἕνεκα πάντα ὑπέμειναν πόνον.  
 αὐτοὺς τεθέλοντες γνῶναι, καὶ μὴ κε-  
 νῶν ἐπεδοθαι δόξαις ἀλλὰ τὴν ἐν τοῖς ἔ-  
 σιν ἀλήθειαν ἀνιχνεύσαι. Φέρε γὰρ, ἐ-  
 πειδὴ πέφηνεν ἐκ ἄλλο μὲν ἐπιτηδεύ-  
 σας Πλάτων, ἕτερον δὲ Διογένης, ἐν δὲ  
 τι καὶ ταῦτον. Εἰ γὰρ ἔροισί τις τὴν σοφὸν  
 Πλάτωνα, τὸ γνῶθι σαυτὸν, ὅπως νε-  
 νόμικας ἀξίον; εὐοῖδα ὅτι τῶν πάντων φη-  
 σαι. καὶ λέγει δὲ ἐν Ἀλκιβιάδῃ. Δεῦρο  
 δὴ τὸ μὲν τῶν φράσον ἡμῶν, ὡς δαμόνιε  
 Πλάτων, καὶ θεῶν ἐκγονεῖ τίνα τρόπον  
 χρεὶ πρὸς τὰς τῶν πολλῶν διακειῶν δό-  
 ξας. ταῦτά τε εἶρε, καὶ ἐτι πρὸς τῶν  
 ὅλον ἡμῶν ἐπιτάξαι διαρρήδην ἀναγνῶναι  
 τὴν Κρίτων ἀλόγον. εἰ φαίνεται παραι-  
 νῶν Σωκράτης μηδὲν φρονίζην ἡμᾶς  
 τῶν τοιαύτων. φησὶ γὰρ ἀλλὰ τί ἡμῶν, ὡς  
 μακάριε Κρίτων, εἴ τω τῆς τῶν πολλῶν

ἀνθρώποις ἀποκρίσει

A duo ista duntaxat ab Apolline Pythio ad-  
 moneri sufficit: *Nosce te ipsum*; & , *Num-  
 num falsa*. Quocirca Philosophiæ nobis  
 autor est oblatus idem ille, a quo cætera  
 in Græcos bona derivata sunt, communis  
 Græciæ dux, legislator atque rex, Delphicus  
 Deus. Quem cum latere nihil omnino  
 posset, ne Diogenis quidem ipse indolem  
 ac facultatem ignorabat. Proinde non  
 eum, uti reliquos solebat, versibushorta-  
 tus est; sed re ipsa quid vellet indicans, dua-  
 rum vocum involucris adumbravit:  
*Nummum*, inquit, *falsato*. Nam alterum il-  
 lud: *Nosce te ipsum*; non illi primum, sed &  
 aliis dixit, usurpatque quotidie. Est enim  
 ipso in aditu templi, ut opinor, inscriptum.  
 Invenimus itaque Philosophiæ, ut divinus  
 alicubi scripsit Jamblichus, conditorem:  
 nec non principes illius viros, Antisthenem,  
 Diogenem, & Cratetem; quibus hic vitæ  
 scopus erat finisque propositus, nosse se-  
 metipsos, ac vanas opiniones contemnere:  
 veritatem denique, quæ bonorum omni-  
 um tam Diis quam mortalibus princeps est,  
 tota, quod ajunt, mente consecrari: cujus  
 unius, ut opinor, gratia Plato, Pythago-  
 ras, & Socrates; tum Peripatetici; ac Zeno  
 denique, laborem omnem pertulerunt; qui  
 & seipsos nosse, nec inanes opiniones sequi  
 cupiebant, sed rerum omnium veritatem  
 inquirere. Age itaque, quoniam, ut appa-  
 ret, non aliud Plato, aliud Diogenes, sed  
 unum & idem ambo consequi studuerunt;  
 si quis sapientem Platonem interrogaret:  
 Quanti tu dictum illud, *Nosce te ipsum*, fa-  
 ciendum existimas? quantivis, opinor, re-  
 spondeat. Hoc enim in Alcibiade testatus  
 est. Perge verò, divine Plato, & a Diis  
 orate, dic nobis quomodo erga vulgi opi-  
 niones affici nos oporteat. Ad hæc eadem  
 ille repetet, ac totum præterea Critonis  
 Dialogum legere nos aperte jubebit; ubi  
 nihil ut ista curemus Socrates hortari vide-  
 tur. Sic enim loquitur: *Verum quid ita  
 nos, o bone Crito, vulgi opinio commovet?*

Quæ

Quæ cum ita sint; tamen his contentis, absolute adeo viros illos a se invicem intercludere ac separare contendimus, quos & idem veritatis amor, & gloriæ contentus, & in perfequenda virtute incredibilis quædam studiorum concordia, sociavit? An si Platoni visum est, illa omnia etiam oratione præ se ferre, quæ diximus; Diogenes vero actione sola contentus est; propterea male iste apud nos audiet? Vide ne hoc posterius longe antecellat alteri. Siquidem Plato libros sibi omnes abjudicare videtur. Neque enim opus ullum Platonis est eritque proprium: quæ vero circumferuntur, ea sunt Socratis viri fortis ac præclari. Quamobrem cur non ex Diogenis factis Cynicam sectam, cujusmodi sit, intuemur? Ac cum humani corporis partes istiusmodi sint, utputa oculi, pedes, manus; cætera accessionis loco sint, capilli, ungues, fordes, & alia id genus excrementa, sine quibus corpus hominis consistere nequit; nonne ridiculum est, partes istas corporis arbitrari, ungues, capillos, aut fordes, excrementaque fœtida; non autem excellentes illas, atque potiores: cujusmodi sunt inprimis domicilia sensuum, eaque præsertim, quæ ad intelligentiam magis conducunt; velut oculi, & aures? His enim ad prudentiam comparandam ministris utimur: sive istud sic tanquam defossa in anima contingat; ut celerius repurgata fruatur eo, tanquam principio, & immobili prudentiæ vi; sive, quod quibusdam placet, per certos veluti tubos & canales ab anima deriventur. Nam singulas, ut ferunt, sensuum perceptiones colligens, memoriæque complectens, disciplinas parit. Ego vero, nisi quid ejusmodi mancum, absolutumve sit, ab aliis & multis & variis impeditum, quod externas res sentiat; nullam istiusmodi perceptionem esse posse judico. Sed hæc alterius est loci instituti que disputatio.

Redeo igitur ad Cynicæ Philosophiæ

A δόξης μέλη; Εἶτα ἡμεῖς τῶν ὑπεριδόντες, ἀπολειχίζην ἀπλῶς ἕτωσι, καὶ ἀποσπᾶν ἄνδρας ἀλλήλων ἐθέλομεν ἕως ὅτ' ἀληθείας συνήγαγεν ἔρωσ, ἥτε τ' δόξης ὑπερψία, καὶ ἡ πρὸς τὸ ζῆλον, τῆς ἀρετῆς ζύμπνοια; εἰ δὲ Πλάτωνι μὲν ἔδοξε, καὶ διὰ τῶν λόγων αὐτὰ ἐργάζεσθαι. Διογένει δὲ ἀπόχρητὰ ἔργα, διὰ τῶν ἀξίων ἐσιν ἐφ' ὑμῶν ἀκθεῖν κακῶς; ὅρα δὲ μὴ καὶ τῶν αὐτῶν παυλὶ κρείττον ἐσιν.

B Ἐπειὶ καὶ Πλάτων ἐξομνύμεν Φαίνεταί τὰ ζυγράμματα. ἔγάρ ἐσι Πλάτωνος ζύγγραμμα εἶναι, ἔτ' ἔσαι τὰ δὲ νῦν φερόμενά ἐσι Σωκράτους ἀνδρὸς καλῶ καὶ νέου. Τί δὲ ἡμεῖς ἐκ ἐκ τῶν ἔργων τῶν Διογένους σκοπεῖμεν αὐτὸν τῆς Κυνισμὸν, ὅς τις ἐσιν; ἐκὼν ἐπειδὴ σῶματι μέρη μὲν ἐσιν, οἷον ὁ φθαλμοί, πόδες, χεῖρες. ἀλλὰ γε ἐπισυμβαίνει, τρίχες, ὄνυχες, ῥύπον, τοιαύτων περιλωμάτων γένεσιν, ὧν ἀνευ σώματος ἀνθρώπων ἀμήχανον εἶναι. πότερον ἔγελοῖός ἐστι μέρη νομίσας ὄνυχας, ἢ τρίχας, ἢ ῥύπον, καὶ τὰ δυσώδη τῶν περιλωμάτων ἀλλ' ἐτὰ τιμιώτατα, καὶ σπυδαῖα. πρῶτον μὲν τὰ ἀσθητήρια, καὶ τῶν αὐτῶν ἄλλα συνέσεως ἡμῶν ἐσι μᾶλλον αἴτια. οἷον ὁ φθαλμὸς, ἀκοῆς; ὑπεργεῖν ταῦτα πρὸς φρόνησιν, εἴτε ἐν καλορυγμένη τῇ ψυχῇ. ὡς ἀνθάττον καθαρθεῖσα, δύνατο τῇ γε ὡς εἶ οὐκ ἀναίτη ἀρχῇ, καὶ ἀκινήτῳ τῶ φρονεῖν δυνάμει. εἴτε, ὡς πέρ λινες οἰοῦται, καθάπερ δὲ ὁ χεῖρῶν τοιαύτων εἰς φερόσης τῆς ψυχῆς.

D Συλλέγεσθα γὰρ, φησὶ, τὰ καὶ μέρη ἀσθητήρια, καὶ συνέχεσθα τῇ φήμῃ γενεῖ τὰς ἐπισήμας. Ἐγὼ δὲ εἰ μὴ ταυτοῦτον ἢ ἐνδέον, ἢ τέλει ἐμποδιζόμενον ὑπ' ἄλλων πολλῶν, καὶ ποικίλων, ὅτ' ἐκτός ποιῆται τὴν ἀντίληψιν, ἔδεν δυνατὸν, οἶμαι, γενέσθαι τῶ ἀσθητῶν ἀντίληψιν. ἀλλ' ἔτ' μὲν ὁ λόγος ἔτ' τοῖς νῦν προσήκει.

Διόπερ ἐπανακτέον ἐπὶ τὰ μέρη

Φιλοσοφίας τ' κυνικής. Φαίνονται μὲν δὴ καὶ ἔτι διμερῆ τὴν Φιλοσοφίαν νομισάντες ὡς περὶ Ἀριστοτέλους καὶ Πλάτωνος θεωρηματικὴν τε, καὶ πρακτικὴν αὐτῶσιν ἐνέλεσθαι, ὡς οἰκεῖον ἔστιν ἄνθρωπος φύσιν, πράξις, καὶ ἐπιστήμη. εἰ δὲ τ' φυσικῆς πρὸς τὴν θεωρίαν ἐξέκλιναν, ἔδεν τ' πρὸς τὸ πλῆθος. ἔπειτα καὶ Σωκράτης, καὶ πλείονες ἄλλοι, θεωρία μὲν φαίνονται χρῆσάμενοι πολλῇ ταύτῃ, ἐν ἄλλῃ χάριτι, ἀλλὰ τ' πράξεως ἔπειτα τὸ ἑαυτὸν γινώσκοντες ἐνόμισαν, τὸ μαθεῖν ἀκριβῶς τί μὴ ἀποδόσει ψυχῇ, τί δὲ σώματι ἀπέδοσαν τε εἰκότως ἡγεμονίαν μὲν τῇ ψυχῇ, ὑπηρεσίαν δὲ τῷ σώματι. Φαίνονται δὲ ἐν ἀρετῇ ἐπιηδύσαντες, ἐγκράτειαν, ἀτυφίαν, ἐλευθερίαν ἔξω γενομένοι παύσης φθόνου, δειλίας, δεισιδαιμονίας. Ἄλλ' ἔχ' ἡμεῖς ταῦτα ὑπὲρ ἑαυτῶν διανοόμεθα· πάσσει δὲ αὐτοὺς, καὶ κτερεύειν περὶ τοῖς φιλάτοις ὑπολαμβάνομεν, ἔτις ὑπερδόντας τῷ σώματι, ὡς ὁ Σωκράτης ἔφη λέγων ἄρ' ἔστις μελέτην εἶναι θανάτου τὴν φιλοσοφίαν. Τῶσ' ἐκεῖνοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιηδύοντες, ἐξήλωτοι μᾶλλον ἡμῶν· ἀθλοῖ δὲ τινες, καὶ παντελῶς ἀνόητοι δοκῶσιν, ἀνθ' ὅσων δὴ τοὺς πόνητες ὑπέμειναν τῶσ' ὡς αὐτὸς εἶπας, κενοδοξίας ἕνεκα. καὶ τοὶ πῶς ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπηρεάζονται ὡς μὴ προσφερόμενοι σαρκία; καὶ τοὶ ἔδὲ αὐτὸς ἐπανετίθει. τὸν γὰρ τοιαῦτα τρέφονα, καὶ τὴν κόμην, ὡς περ αἱ γραφαῖ τῶν ἀνδρῶν, ἀπομιμῶμεν, εἴθ' ὁ μὴδὲ αὐτὸς ἀξιάγασον ὑπολαμβάνεις, τῶσ' εὐδοκίμειν οἴει παρὰ τῷ πλήθει; καὶ εἰς μὲν ἡδύο ἐπήνθ' τότε. πλὴν γοῦν ἡ δέκα μυριάδες ὑπὸ τῆς ναυτίας, καὶ βδελυρίας, διεσφάθησαν τὸν σόμαχον, καὶ ἀπόσιτοι γεγονάσιν, ἄχρεις αὐτοὺς οἱ θεράποντες ἀνέλαβον ὀσμάς, καὶ μύρις, καὶ πέμμασιν. Οὕτως ὁ κλεινὸς ἥρωσ' ἔργα κατε-

ε. ὡμα

A partes. Etenim illi Philosophiam in duas partes distribuunt; uti Aristoteles & Plato: nempe in θεωρητικὴν, & πρακτικὴν. In quo recte illud animadvertisse videntur; hominem natura ad actionem & scientiam esse comparatum. Quod autem a naturæ contemplatione desciverint, nihil ad rem pertinet. Quippe Socrates, & complures alii, contemplatione quidem multum usi sunt; sed quam non alium ad finem, quam ad actionem, referrent. Quandoquidem illud *Seipsum nosse*, nihil esse putarunt aliud, nisi id accurate perdiscere, quid animæ sit, quidve corpori tribuendum. Itaque merito principatum animæ, famulatum corpori dederunt. Atque iccirco studium in virtutis incubuerunt, temperantiæ, modestiæ, libertatis; ab omni prorsus invidia, timiditate, ac superstitione vacui. Sed nos de illis longe diversa cogitamus: neque aliud ipsos nisi ludere, & de carissimis quibusque velut alea periclitari credimus, quod corpus suum adeo despiciant; ut Socrates loquitur: præclare istud usurpans; philosophiam meditationem esse mortis. Cui cum illi quotidie reipsa studeant, non eo nobis admiratione ac prædicatione digniores videntur; sed infelices potius, planeque stulti, quod gloriolæ, ut interpretaris, causa tantos sibi labores indixerint. Etsi quæ tandem illis ab aliis tributa laus est, quod crudis carnibus vescerentur? Nam ne tu ipse quidem factum laudas. Cum tu igitur, qui detritum ejus hominis pallium, & promissam comam imitere; quemadmodum D picturæ virorum habitus expriment; nihilominus ejusdem facinus istud admiratione ac prædicatione dignum esse non judicas; quomodo id in vulgus credis commendari potuisse? Fac tamen ab uno alterove fuisse laudatum. At centum, opinor, millibus hoc spectaculi genus stomachum funditus evertit, cibum ut capere nullo modo possent, donec eos famuli odorum fragrantia, & unguentis, ac placentulis recreassent. Ita præstantissimus heros ingentem facto illo stuporem

stuporem attulit. Quod factum etsi ridicu-  
lum ejusmodi videatur hominibus,

*Quale genus mortale modo est;*  
non ignobile est, neque contemnendum  
tamen, si quis ex Diogenis sapientia illud  
interpretetur. Quod enim de seipso dice-  
bat Socrates, Deo se ministerii quoddam  
genus præstare cupientem, quatenus edi-  
tum de se Apollinis responsum omni occa-  
sione præ se ferendo comprobaret; con-  
tentiosum & pugna vitæ genus illud in-  
stituisse; idem & Diogenes, opinor, sentiens,  
ac sibi mandatam ab oraculo Philosophiam  
intelligens, reipsa factisque probanda ac pe-  
riclitanda putavit omnia; non alienis inhæ-  
rendum opinionibus, forsitan veris, fortassis  
etiam & falsis. Neque vero si quid aut Py-  
thagoras dixisset, aut alius quispiam Pytha-  
goræ similis; idoneum hunc, cui crederet,  
judicabat Diogenes. Deum enim Philo-  
sophiæ sibi autorem præferabat; morta-  
lium vero neminem. Quid hoc, inquit,  
ad esum polypi? Hoc jam igitur explican-  
dum.

Vesci carnibus, quidam hominum na-  
turæ consentaneum arbitrantur: alii com-  
mittendum id homini esse non putant: de-  
que ea re varii sermones ultro citroque ja-  
ctantur. Quod si tu sedulo in ejus rei in-  
quisitionem incumbere volueris, ingens ti-  
bi librorum de ea quæstione scriptorum  
numerus occurret. Hos itaque coargu-  
endos esse Diogenes credidit. Quare ita  
apud se statuit: si quis carnibus absque ul-  
lo apparatu vescens; cæterarum more bestia-  
rum, quibus hoc a natura tributum est, si-  
ne aliquo suo damno ac molestia, imo  
vero cum corporis sui commodo id posset;  
plane cibi genus istud naturæ consentane-  
um habendum: sin aliquod ex eo capere-  
tur incommodum; nequaquam homine  
dignum esse factum, sed ab eo prorsus ab-  
stinendum. Hæc prima rei gestæ ratio red-  
di fortasse violentius arcessita potest. Al-  
tera Cynicæ professioni congrua magis af-  
feretur; si prius de ejusdem fine clarius ali-

πλήξατο γελοῖω μὲν ἀνθρώποις τοι-  
στοῖς,

Οἱοὶ νῦν βροτοὶ εἰσιν.

σὸν ἀγενεῖ δὲ, νῆ τὰς θεὰς, εἴ τις αὐ-  
τὸ κτὲ τὴν Διογένους ἐξηγήσατο σὺν-  
σιν. Ὅπερ γὰρ ὁ Σωκράτης ὑπὲρ αὐ-  
τῶ φησιν, ὅτι τῷ θεῷ νομίζων λα-  
τρείαν ἐκλελεῖν ἐν τῷ τ' δοθέντα χρη-  
σμὸν ὑπὲρ αὐτῶ κτὲ πάντα σκοπὸν ἐξε-  
τάζειν, τ' ἐλεγκτικὸν ἡσάσαστο βίον  
τῆτο καὶ Διογένους, οἶμαι, συνειδῶς  
ἐαυτῷ πυθόχρησον ἔσαν τὴν Φιλοσο-  
φίαν, ἔργοις ἄετο δεῖν ἐξελέγχειν, πάν-  
τα, κὲ μὴ δόξας ἄλλων, τυχὸν μὲν ἀ-  
ληθεῖσι, τυχὸν δὲ ψευδέσι προσηπε-  
πονθένα. Οὐκ οὐκ δὲ εἴ τι Πυθαγόρας  
ἔφη, ἐδὲ εἴ τις ἄλλ' ἢ τῷ Πυθαγόρα  
παραπλήσιον, ἀξιοπίστον ἐδόκει τῷ  
Διογένει. τ' γὰρ θεὸν, ἀνθρώπων ἐδένα  
τ' Φιλοσοφίας ἀρχηγὸν ἐπεποίητο  
τί δῆτα τῆτο, ἐρεῖς, πρὸς τὴν δ' πο-  
λύποδον ἐδώδην; ἐγὼ σοὶ φράσω.

Τὴν σαρκοφαγίαν οἱ μὲν ἀνθρώποις  
ὑπολαμβάνουσι κτὲ φύσιν· οἱ δὲ ἤκι-  
σα τῆτο ἐργάζεσθαι προσήκειν ἀν-  
θρώπων, διανοοῦνται καὶ πολὺς ὁ περὶ  
τῆτα δεικνύται λόγος. ἐθέλοντι ἔν-  
σοι μὴ ῥαθυμεῖν, ἐσμοὶ περὶ τῶ τοιῶ-  
τα βιβλίων φανήσονται. τῆτοις Διογέν-  
ους ἐξελέγχειν ἄετο δεῖν. Διανοήθη-  
γὰρ ὡς εἰ μὲν ἀπραγματεύτως ἐσθίων  
τις σάρκας ὡσπερ οἶμαι τ' ἄλλων ἔκα-  
σον θηρίων, οἷς τῆτο ἐνειμεν ἢ φύσιν·  
ἀβλαβῶς αὐτῶ, καὶ ἀνεπαχθῶς μάλ-  
λον δὲ καὶ μὲν τ' τῶ σώματι ὡφελεί-  
ας ἐργάζοιτο, κτὲ φύσιν εἶναι πάντως  
τὴν σαρκοφαγίαν ὑπέλαβεν. εἰ δὲ τις  
ἐντεῦθεν γένοιτο βλάβη· ἔχι τῆτο ἀν-  
θρώπων τὸ ἔργον ἴσως ἐνόμισεν· ἀλλ'  
ἀφελέον εἶναι κτὲ κράτι αὐτῶ. Εἰς  
μὲν ἔν ἂν εἴη τοιῶτον ὑπὲρ τῶ πρά-  
γματι ἴσως βιαϊότερον λόγος. ἔτε-  
ρον δὲ αἰκειότερον τῷ Κυνισμῷ· εἰ  
περὶ τῶ τέλους αὐτῶ πρότερον ἐτι σα-  
φές ερον

μ.248

Iliad.  
E. v. 304

Κοτταλινίσι τ. 17.

Φέσερον διέλθοιμι. Ἀπάθειαν ᾧ ποι-  
 ἔνται τὸ τέλει. τῶν δὲ ἰσὸν ἐστὶ τῷ  
 θεὸν γενέσθαι. αἰσθανόμενοι ἔν ἰσῶς  
 αὐτῷ Διογένης ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ἀπα-  
 σιν ἀπαβῆς ὑπὸ δὲ τῆς τοιαύτης ἐδω-  
 δῆς μόνον θραυτομένους, καὶ ναυλιῶντες,  
 καὶ δόξη κενὴ μόνον, ἢ λόγῳ δεδωλω-  
 μένους. σάρκες γὰρ εἰσιν ἐδὲν ἡττον, καὶ  
 μυεῖαις αὐτὰς ἐψήθη, καὶ ὑπολείμ-  
 μασι μυεῖοις ἢ αὐτὰς καρκεύσῃ καὶ  
 ταύτης αὐτὸν ἀφελέσθαι, καὶ καλασῆ-  
 σαι παντάπασιν ἐξάντη τῆς δειλίας  
 ἀήθη χρῆναι. Δειλία γὰρ ἐστίν, εὐ ἴ-  
 σθαι, τὸ γὰρ τοῖστο. ἐπεὶ πρὸ τῷ Θεομο-  
 φόρῳ Δημητρὸς εἰ σαρκῶν ἐψημένων  
 ἀπόμειθα, τῷ χάριον ἔχει καὶ ἀπλῶς  
 αὐτὰς προσφερόμεθα, φεάσον ἡμῖν.  
 ἔγωγε ἔχεις ἕτερον εἰπεῖν, ἢ ὅτι ἔτω νε-  
 νόμισαι, καὶ ἔτω συνειθίσμεθα. ἔγωγε  
 δὴ πρὶν μὲν ἐψηθῆναι, βδελυρῶ πέ-  
 φυκεν ἐψηθέντα δὲ γέγονεν αὐτῶν ἀ-  
 γνόττερα. Τί δὴτα ἐχρῆν πρᾶττειν,  
 ἢ [ᾧ] παρὰ θεῶν ταχθέντα, κατὰ  
 περ στρατηγῶν, πᾶν μὲν ἐξελεῖν τὸ νό-  
 μισμα. λόγῳ δὲ καὶ ἀληθεῖα κρῖναι  
 τὰ πρᾶγμαλα; περιιδεῖν αὐτὸν ὑπὸ  
 ταύτης τῆς δόξης ἐνοχλάμενον, ὡς νομί-  
 ζειν ὅτι κρέας μὲν ἐστὶν ἐψηθὲν ἀγνόν,  
 καὶ ἐδώδιμον, μὴ καλεργασθὲν δὲ ὑπὸ  
 τῷ πυρὸς, μυσαρὸν ἰσῶς, καὶ βδελυ-  
 ρόν; ἔτως εἰ μνήμων, ἔτως εἰ σαρδαῖος,  
 ὡς ὁ τῶν ὀνειδίζων τῷ κενόδοξῳ, κατὰ  
 σε φάσαι, Διογένης, κατ' ἐμὲ δὲ, τῷ  
 σαρδαοιᾶτῳ φεράποντι, καὶ ὑπηρέτῃ  
 τῷ Πυθίῳ τὴν τῷ πολύποδι ἐδωδὴν  
 καλεδῆδοκας μυρίους ταρίχας,

Odyss.  
M. v. 331.

Ἰχθύς, ὄρνιθός τε, φίλας δ' ὅτι  
 χεῖρας ἴκοιτο.

Αἰγυπλίος τε ὢν, ἔτῶν ἱερέων, ἀλλὰ  
 τῶν παμφάγων· οἷς πάντα ἐδίδει νό-  
 μῳ, ὡς λάχανα χόρτα; γνωρίζεις,  
 οἶμαι, τῶν Γαλιλαίων τὰ ῥήματα. Μι-  
 κρόν με παρεῖλθεν εἰπεῖν, ὅτι ἢ πάν-  
 τες ἄνθρωποι, πλησίον οἰκοῦντες θα-

A quid apertiusque proponam. Est autem  
 ille status animi commotionis omnis expertus,  
